



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

SS. Primus & Felician. S. Pelagia V. M. S. Maximianus Epis. 9. Jun.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

SS. Primus & Felician. S. Pelagia V. M.
S. Maximianus Epis. 9 Jun.



Rectitudo animi.

Vere felix est, non qui habet quod
amat, sed qui amat quod est amandum
August.

Fac nos quaesumus Domine SS MM.
quorum Primi & Feliciani (S. Pelagiae
V. & M. S. Maximiani Ep.) semper festa
sectari, quorum suffragiis protectionis
tuae dona sentiamus per D. N. Iesum
Christum. &c

Ora pro pace, &

Junii Thil

1. SS. Primus & Felicianus MM. duo
Fratres ob Christianam Religionem
accusati horrenda sustinuerunt tor-
menta: tandem gladio percussi præ-
claræ pugnæ cursum egregia Confes-
sionis Christianæ laude confecerunt
sub Diocletiano & Maximiano.

2. S. Pelagia V. & M. apud Antio-
chenam civitatem celeberrima. Hæc
habens propositum seruandæ Virgi-
nitatis maluit vitæ, quam illius per-
dendæ subire periculum, animose de
solario domus arrepto saltu.

3. S. Maximianus Eps Syracusanus
Vir Apostolica sinceritate, ob quam
etiam D. Gregorius Papa suas ei vices
in omnibus Siciliæ Ecclesijs delega-
uit, Obijt circa A. 596, Vigilantiæ in
cura Pastoralis præclarum exemplum.